Quelle: http://manuscripta.at/?ID=496
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

esse quod ipsum
esse est et ex quo
esse est. Omne
namque esse
ex forma
est. Statua
namque non
secundum es
quod est
materia
sed secundum
formam
qua in ea
insigni
ta est effi
gies ani
malis dicitur
Ipsumque es
non secundum
terram quod est
eius materia
sed dicitur secundum
figuram.
Terra ipsa
non ut apo kata ton yanni
dicitur sed secundum
siccitatem
gravitatem
que que sunt
forme.
Nichil igitur secundum
materiam
esse dicitur sed
secundum propriam
formam.

Esse divinis oportet ipsam intellectualiter inspicere formam. Que vero forma est. Ac
si dicat. Multa sunt que vocantur forme vel corporum figure et alia que in subsistentibus creatione
seu concretione fiunt quod id cui insunt aliquid esse doceant. primum quod sit. secundo quantum sit
tertio quale. et deinceps ordine demonstrant. sed hec omnia per se habent sua ex quibus aliqua ratione
diducuntur. aut ad illa spectant principia. ideoque mutuata vel imago achillis
transsumptione dicitur (achilles) a bulla nuncupatione potius quam rationis veritate forme no
minantur. Essentia vero que principium est omnium creatorum precedit illis omnibus vel esse dicantur
impertiens. et a nullo alio ut ipsa sit sumens. ideoque vero nomine forma. Neque una
go est. Et cum de ea quis loquens dicit essentia est. sic debet intelligi essentia
illa res que est ipsum esse. id est que non ab alio hanc mutuat dictionem. et ex qua est esse. id est que
ceteris omnibus eandem quadam extrinseca participatione communicat. Non enim de quibus
sue essentie proprietate dicitur est. sed ab eo quod non aliena sed sua essentia per se est. ad illud
quod creata ab ipso forma aliquid est. et ad ipsam creatam formam esse. denique ad omnia
que de ipsis vere dicuntur quoniam ex eo tamquam ex principio sunt. dictio ista trans
sumitur. ut de uno quoque divine forme participatione dicatur est. Et non
omnino ambiguum ratione divisum est. Namque et in illis omne subsistentium esse ex for
ma est. id est de quocumque subsistente dicitur est. forme quoniam in se habet participatione
dicitur. sicut ex his exemplis potest intelligi. Statua enim dicitur esse statua. non secundum
es. (scilicet es) sed ex forma que eius est esse. est enim id est statue. materia. sed secundum illam formam que huma
no artificio in eo ere animalis effigies insignita est. hoc est ad designandum esse.
quasi per imaginariam similitudinem demonstrandum verum animal esse imago
effecta est. Ipsumque es dicitur es non secundum terram quod id est quod terra ex forma que terra est. est quod
id est eius materia. sed potius secundum eius figuram. que cum lapis solutus calore in ipso creatur
Terra quoque ipsa dicitur terra. non kata apaton yanni. id est non secundum silvam. Kata namque
secundum. yle vero silva interpretatur. ton autem articulus est. vel non apotonyanni. id est
non a sylva. Nam apo (apo) id est ab. ton. sicut dictum est articulus. yle (yle) yan. silva.
Hec est prima illa materia quam plato receptaculum vocat. in qua sicut superius com
memoravimus formantur quecumque recipiuntur ab ea. cum tamen nullam ex eis
ipsa contrahat formam. et est omnino informis. De hac igitur ait. quod non secundum eam terra
dicitur terra. sed secundum eas que forme sunt ipsius terre verbi gratia secundum siccitatem gravitatemque ipsius.
Ex his igitur manifestum est quod nichil omnino secundum materiam que predicte forme subiecta est
dictione qua illa forma exponitur. esse dicitur. sed tamen secundum eam ex qua rei proposite
est appellatio. rei ipsius propriam (formam) sed divina est. Et formam divinam vocaverat
esse omnium. ostendit non abhorrere a nominibus quod omnium esse ex forma est. Sed ad hoc
quod ceperat redit. et eam vero unam ex comparatione nativitatum quoniam nullum simplicitate
sue non est unum demonstrat. Esse. Et unum quod subsistentium aliquid est

Creata forma ab his est.

scilicet ex qua est esse.